

lenitate ber di. Quid ad mariā trepidat ac
cedere humana fragilitas. nil austerū in ea
nil terribile. Sed tota suavis omnibus of-
ferens lac et lanam. Reuolue diligentius e-
uangelice bystorie seriē. et si quid forte incre-
patorum. si quid durū quod teniqz signū
vel tenuis indignationis occurrerit in ma-
ria. de cetero suspectā hēas et accedere verea-
ris. Quod si verū est imo qz verum est plena
magis est omnis pietatis et gratie. plena mā-
suetudinis et mīe age grātas ei. qui talē ti-
bi mediatrix benignissima miseratione p-
uidit in qua nihil possit eē suspectum. Qui
ro lucerna est secundum applicatos colores
variatiua. sic beata virgo oīm hominum mi-
serijs necessitatibus et indigentijs per com-
passionis affectum misericorditer se confor-
mat et aprat. vt in infinitum verius dicere
possit qz paulus. Quis infirmat et ego nō
informor et. hinc berū. Maria omnibz mie-
sinum aperit. de plenitudine eius accipiunt
vniuersi caprius redemptionem: eger cu-
rationem. tristis consolationem. peccator ve-
niam iustus gratiam et. teniqz omnibz oīa
est facta vt omnibus subueniat et succurrat

Sequitur tertium principale scilz
chasto meo. per quod nostra vtilitas deli-
gnatur. Ad hoc enim deus pater hanc lucer-
nam chasto filio suo preparauit vt per hōiem
sumptum ex ea nostrum negotium ageret
Sumus autem vtilitatem triplicem conse-
cū scilicet informationem: redemptionem
celi apertionem. Nam informationem acci-
pimus ex eius conuersatione. redemptionē
ex eius passione. celi apertionem ex eius resurre-
ctione. Nam de primo scilicet eius imitati-
oue hortatur nos luc. ix. Qui vult venire p-
me et. hinc berū. Tua mihi proderit passio
si accesserit imitatio vt sequar vestigia eius
alioquin requireretur a me sanguis ille iu-
stus qui effusus est super terram nec immu-
nis ero ab illo tam immani scelere iudeorum.
qz videlicet tante caritatis ingratus fuerim.
qz spiritui gratie contumeliā fecerim. qz filiū
dei conculcauerim. vnde ex persona christi
dicit nobis berū. In vita mea poteris agno-
scere vitā tuam vt sicut ego paupratis hūi-
latis caritatis obediēcie pacie indelcinabile se-

mitas tenui. sic et tu eisdem vestigijs ince-
das non declines ad dextram vel ad sinistra
de scōo videlicet redēptione dē. Esa. xliij.
Reuertere ad me qm redemi te. prius enim
nullus poterat venire ad deum nec auertere
se a culpa. Quō autē redemerit nos in sinu
atur apoc. v. vbi dē. Redemisti nos deo in
sanguine tuo. Tertio nostra vtilitas ex hōie
xpo hęc est. qz apuit nobis celum in cuius si-
gnum cum christus ascendisset baptisatus
de iordane. apū sunt celi super eū sicut mat-
th. x. lu. ij. dē vt per hoc daretur intelli-
gi qz per eius aduentum ecclesie quā sibi per
baptisimum desponsauit de cetero celum eēt
apertum. hinc apoc. iij. ioh. testatur celuz se
vidisse apertū per hoc insinuans qz liberuz in-
troitum habeamus ad quem. LXXIX

De eodem sermo secundus.

Fecit beseleel ar-
cā de lignis sethim. Exo. xxxij.
di. ap. i. Cor. x. Omnia in fi-
gura ptingebant illis. sup. quod di. augu.
Dia qua veteribz patribz preoīsa sunt fi-
gulariter nobis in quos fines scolorum deue-
runt exhibita sunt realiter. tñ distantia ab
inūicem quārum lux a tenebris splendor ob-
umbra. veritas a figura. Expedita ergo vna
similitudine per quā glōsa virgo lucerne est
cōparata. nūc ponēda ē alia similitudo p quā
eam arce pgrua conuenientia cōparamus.
In verbis ergo ppositis tria nobis cō-
sideranda occurrūt. vicē operantis diligen-
tia. operate rei reuerentia. vtriusqz erga nos
clementia. primūz ibi. beseleel. fm ibi arcā
tercium ibi de lignis sethim. hęc tria per or-
dinem psequentes. Primo dicimus qz per
Beseleel qui vmbra culum dñi vel vmbra
dei interpretatur deus pater cuius vmbraz
ille gerit signatur. cuius diligentia in opan-
do intelligit in hoc verbo pteriti tps quod
est fecit. in quo plane innuitur qz cū hęc
bū fecit longe ante virginis natiuitatem p-
positum fuerat in scriptura ante facta est qz
nata. et ideo huic verbo omnia que in priori
sermone de hoc verbo pau sunt exposita pos-
sunt rāone sibi applicari. Ut ergo huius fa-
ctoris diligentiam plenius cognoscamus

Sciendum quod deus fecit more boni edifica-
toris. qui cum vult mirabile et inconsuetum
et inauditum opus producere. cui non sit li-
mile visum cognitum vel auditum. Prius
suis opus subdebita forma et anticitate in mente
concepit. conceptum verbis quibus poterit
hominibus explicat dicens. sic et sic intendo
opus illud producere. sed eius opus fieri de-
beat mirabile verba per que conceptum men-
tis exprimit homines non intelligunt. ideo
artifex recurrit ad aliud genus insinuandi.
et opus conceptum depingit in puluere. non
tens per tractus linearum qualiter opus su-
um velit producere. Sic deus artifex cum mi-
rabile opus (cui sicut dicitur. iij. Re. xv. non
sit tale opus in vniuersis regnis) intendit
producere in arca ista gloriosa. primo ipsam
concepit in mente sua ipsam ab eterno pre-
destinando. secundo ab eterno conceptam
verbis exposuit dictis prophetis insinu-
ando. Sed quia ex talibus verbis eius re-
uerentiam nullus sufficienter intelligere po-
tuit. ideo in figuris quasi in lineam tra-
ctibus ipsam edocuit antiquis patribus eam
prefigurando. non quod deus in concipiendo
silio vel morosis cogitationibus indigeret. quod
omnia quecumque voluit fecit in celo et in ter-
ra. sed si faceret hoc quod artifex cum rarum
et inconsuetum opus intendit producere ex
hoc eius diligentiam et operis intelligentiam
cognosceremus. **U** Secundum
quod considerandum occurrit est operate
rei id est marie reuerentia que nomine arce
datur nobis intelligi. Nec in congrue eius
reuerentia per arcam tenoratur. sicut enim
antiqui patres inter omnia vasa sanctua-
rii nihil tam excellens. nihil tam magnifi-
cum tam reuerendum habebant sicut arcam
sic inter vasa pure creature nihil tam excel-
lens tam magnificum inueniri poterit sicut ar-
ca nostra. hinc ber. Et si multa facta sunt in
creaturis. nihil tamen tam excellens tam magni-
ficum fecerunt opera digitorum dei vnde omnem vi-
sum quem antiqui patres habebant ad arcam
suam (ad quam confugerunt cum dominum offen-
derunt. coram ea orauerunt. gratias impetra-
uerunt. ad auxiliandum secum ad prelium ad-
duxerunt. habere debemus ad nostram ar-

cam virginem glosam. **T**empore enim offeren-
tionis debemus ad eam confugere. tempore
orationis gratiam ab ea querere. tempore
latius auxiliu ab ea petere. **N**az. de. i. di. ysa
Absconde fugientes et vagos ne prodas ha-
bitabunt enim apud te. p. fugi mei. **D**e secundo
di. bern. nihil nos deus habere voluit quod per
manus marie non transiret. de. iij. di. bern.
Quisquis te intelligit in hoc seculo. p. fluuio in
procellas et tempestates fluctuare. ne auer-
tas oculos a fulgore syderis. s. marie stelle
si non vis obrui. p. cella. si insurgunt venti tem-
pationum. si incurras scrupulos tribulati-
onum. respice stellam voca mariam.
Sciendum autem quod cum in veteri te-
stamento triplicem arcam legamus scilicet
arcam saluationis per noe edificatam. arcam
exemplificationis in monte demonstratam
arcam sanctificationis per beseleel fabrica-
tam. per has tres veteres arcas sunt nobis
tres noue in tempore gratie prefiguratae. **N**az
per arcam moysi uterus virginalis. per ar-
cam noe anima spiritalis. per arcam in mo-
te in exemplar prefiguratam. cibus sacramen-
talis designatur. Et licet in scriptura de hac
tercia expresse non legatur tamen quia ta-
bernaculum in monte moysi fuit ostensum
sicut Exo. xxv. dicit. **F**acias mihi sanctua-
rium et habitabo in medio eorum iuxta om-
nem similitudinem tabernaculi quod os-
tendam tibi. ideo oportuit esse ut ea que er-
rant in tabernaculo facienda similiter ostē-
derentur. **U**terus ergo virginalis. anima
spūalis. cibus sacramentalis conuenien-
ter arce dicuntur. quia omnia tria veraciter
continent in se deum. que tria ideo propo-
nimus. quia in hac solennitate locum habent.
Nam de arca virginis propter hodiernam eius
solennitatem. de arca anime propter domi-
nice diei festiuitatem. de arca vero corporis
domini propter religiosos. qui hodie conuocati sunt
est predicandum. **I**ncipientes ergo ab arca virginali
Sciendum quod ipsa rationabiliter arca dicitur
propter quatuor res continetia quod vetus arca in se
tenebat. **H**abebat enim in se panem celestem
tabulas legis virgam aaron et deuteronomi-
um. que quatuor spiritualiter intellecta et in-
finitum verius accepta nostra arca in se

continet gloriose. Continebat enim in se gloriofum illum panē qui de se dicebat ioh vi. Ego sum panis viuis qui de celo descēdi. Secundo continebat in se tabulam viuendi. quia sicut in tabulis moysi lex viuendi omnium filiorū israel erat scripta. Et sic in exemplari eius vita tanq̄ in tabula beata virgo dedit omni homini. omni statui. omni etate normam. et regulam viuendi. ita vt merito eius vita exemplaris per tabulas legis designetur. **Q**uamuis autem oīm vita in ea fuerit ostendit bern. vi. Non defuit tibi fides patriarcharū. **T**ercio vetus arca virgam aaron in se habuit. que arida florem protulit. sic beata virgo arida ab omni succo carnalis voluptatis et virilis admixtionis. protulit florem illuz qui de se dicitur. cañ. ij. Ego flos campi. ita vt virgo concipiens. virgo purtiens. virgo post partum perpetuo permanens. **Q**uarto vetus arca in se habuit deuteron. Sic enim iussus est moyses vt poneret de utro. in arcam in testimonium sempiternuz pactionis filiorum israel cum dño. Quid per deutero. qd scda lex interpretatur. accipit nisi qd beata virgo nostra arca scdam legem id est secundam vitam diuinitatis in se tenuit vt sicut filius eius naturaliter est deus sic ipsa ex pñti. et si non naturaliter. gratuito tñ dea poterat nuncupari. hinc bern. Iure maria sole. qui deus est perhibetur aīcta. q̄ profundissima diuine sapientie vltra quā credi valeat penetrauit abyssum vt quantum sine personali vnione creature condicio patitur. luci illi inaccessiblei videatur immerita nec velut sumam cingi sed opri vndiqz et circumfundi et tanq̄ ipso igne diuino cōcludi. hec de prima arca quā beataz virginē diximus que propter similem terū continētiā sortita est nomē arce breuiter tacta sufficiant. **S**ecunda arca quā proponimus est anima spiritalis. que tunc veraciter nomen arce sortitur cum per vite sanctitatem continet in se deum. Si vero deo vacua fuerit perdit nomē arce pariter et dignitatem. Talis autem anima spiritalis per arcam noe conueniēter ex causa duplici designatur. **P**rimo quia sic arca noe inter vndaz fluctibus iactabatur et sepe picitabatur

sic anima spiritalis inter vndas tēptatōm sepe ipugnatur et vsqz in periculum impulsatur. **S**ecunda similitudo hec est. vt sicut in arca omnia erant animantia congregata. sicut enim dicitur. Genesis. vij. De omnibus animantibus mundis et immundis et ex omni quod mouetur super terram ingresa sunt ad noe in arcam. sic etiam teste greg. Omnis creature aliquid habz homo. **Q**uomodo autem anima spiritalis construi debeat vt arca dei fiat docemur. Genesis. vi. vbi dicitur in persona noe omnibus nobis. **F**acias tibi arcam de lignis leuigatis id est de operibus bene politis et planatis. **T**unc enim et nostra opera bene polita sunt et planata. cum ea diuine voluntatis regulis cōformamus. et quanto melius hoc facimus. tanto verius et perfectius sunt planata. **S**unt autem inter multa duo in quibus nos vult sibi deus quantum nobis possibile est conformari. vt videlicet nostra corporalia super sua corporalia. nostra spiritalia super sua spiritalia mensuremus. **C**um enim ipse sit deus et homo ex parte sui hominis. proponit nobis paupertatem humilitatem asperitatem dicens oibus nobis illud luce. ix. **Q**ui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. vt sic ego paupertatis humilitatis asperitatis indeclinabiles vias tenui. sic et vos eisdem vestigijs incedatis non declinantes ad dextram neque sinistram. **S**ecundo ex parte sue diuinitatis proponit sua spiritalia volens vt eisdem spiritum nostrum conformemur. **S**ua autem spiritalia in eius consistunt voluntate. quam nobis proponit in triplici deuotōis dētia imitanda. **A**ccē est enim eius voluntas vt dona eius fideliter conseruemus. eā pendere omnia mensuremus. nos sanctificemur. **P**rimo em̄ dico est eius voluntas vt dona eius fideliter pseruemus. vt quicquid nobis tam in naturalibus quā in gratuitis dederit fideliter conseruemus. **Q**uod tunc competenter facimus. si omnia eius dona recognoscimus. de cognitis debitas gratias referamus. ad lucrum omnia ponamus. ne dicat nobis qd dicitur ē ei qui calētū sibi creditum posuit in sudarium. serue nequaz et.

Nullū em̄ inq̄ dōm̄ dedit nobis dā vt ad
 ppriam voluntatem vel voluptatez expende
 remus. sed vt ad lucrum omnia ponerem?
 et hoc est quod dicitur iob. vi. **H**ec est volū
 tas patris mei. vt omne quod dedit mihi n̄
 p̄dā. **S**ecundo voluntas eius est vt eq̄
 pondere oīa mensuremus. **E**quūz
 aut̄ pondus tripliciter est habendum scilicet
 inter nos et deum. inter nos et proximum et
 inter nosmetipsos. **P**rimo inter nos et deūz
 vt quō deus omnia eē voluit propter semet
 ipsum. sic et nos omnia que facimus prop̄
 ipsum faciamus quod hortatur ap̄. i. **C**or̄
 x. **O**mnia in gloriam dei facite. **S**ecundo
 equū pondus habeamus inter nos et pro
 ximum vt in malis nos iudicemus vt pro
 ximum et in bonis proximum vt nos. quod
 raro facimus priuato amore hoc impediē
 te. hinc greg. **S**cimus q̄ vehementer clau
 dit oculum cordis priuatus amor. ex quo fit
 vt malum quod agimus minus graue iu
 dicemus. et si agatur a proximo n̄ mis nobis
 detestabile videatur. **S**ed quare hoc? **Q**uia
 nec nos sicut proximum nec proximum sicut nos
 cōspicimus. hoc dñs corrigere studuit cuz
Leu. xiiij. p̄cepit **D**iustus d̄ esse modi?
 equi q̄ sextarius. et in deutro. xv. **N**on ha
 bebis in sacculo tuo diuersa pondera. nec e
 rit in domo tua modius maior et modius mi
 nor. q̄ sicut d̄ puer. xx. **P**ondus et pondus
 mensura et mensura. vt q̄ aboinatio est ap̄
 deum. et ideo hanc inequalitatē dñs tollere
 voluit cura dixit. **D**ilige proximum tuum
 sicut teipsum. **T**ercio equū pondus habe
 amus inter nosmetipsos. vt cum viles sum?
 hoc ipsum per omnia iudicemus adeo vt q̄n
 tum in nobis est velimus omnes homines
 idem iudiciū de nobis h̄re quod teste p̄scia
 bēmus de nobis ipsis. alioquin conuincim̄
 diligere minus veritatē. cū ex priuato amo
 re vici hoīes foris cupimus ignorare quod
 intus sumus. quod q̄ graue culpā h̄at oī
 dit bern. di. **L**u te de p̄ciariis in secreto cor
 dis tui apud teipsum trina veritatis
 ponderamus et foris alterius p̄ci mentiens
 maiori pondere vendis te nobis q̄ ab ipsa
 veritate accepisti. n̄me deū et noli hanc pess
 mā rem facere. vt quē b̄uiliat veritas extol

lar voluntas. hoc est em̄ resistere veritati hoc
 pugnare est p̄ deum. **D**e hac dñi volunta
 te d̄ puer. x. **E**quū pondus voluntas eius.
Tercia dei voluntas est n̄a sanctificatio cui
 nostrā voluntatem dēmus p̄ oīa p̄formare
 affectu et effectu fideliter hoc volētes. **Q**uō
 aut̄ sanctificari valeamus docet nos bern.
 di. **S**c̄m̄ facit affectio sancta et ipsa gemia
 sc̄ timor dñi sanctus et amor sancti his du
 obus deuotionibus affecti sancti erimus co
 ram deo. **A**d quod hortatur nos dñs leuit.
 xi. et xx. di. **S**ancti estote quia ego sanctus
 sum. quia sicut idem dicit. **S**olos sanctos
 applicabit sibi: nec ad regnum aliquis pue
 nire poterit nisi sanctus: sancti autem non
 erimus nisi p̄ inhabitantē sp̄m̄ eius in nos
 bis qui naturaliter sanctus est: sumus arca
 dei. **D**e hac dei voluntate d̄. i. d̄. x. uij. **H**ec
 est voluntas dei sanctificatio v̄ra. **T**er
 tia arca est cibus sacramentalis: qui iō arca
 dicit: quia sub sp̄ibus sacralibus verissime
 in se continet deum. de qua euā hodie aliqd
 est dicendū quia in hac festiuitate cōmuni
 cant religiosi. **H**ec ergo arca cum debita re
 uerentia in arcam anime nostre hodie trans
 lata vt sit arca in arca. duo operatur in no
 bis **U**num in corpore: secundum in anima
Nam in corpore carnales affectiones in no
 bis debilitat et compescit. et ex huius arce pre
 sentia caput erigere non permittuntur: de
 quibus in persona philistinorū dicit. i. **R**e
 uij. **U**t cognouerunt q̄ arca fedens domini
 venisset in castra timuerunt philistim di
 centes **V**enit deus in castra et ingemuerūt
 dicentes. **U**e nobis. q̄ nos seruabit de ma
 nu deorum sublimium istorum. **S**ecundū
 effectum operatur in anima: quia cuz arca
 ista in eam venerit inediaz: que ex longa ab
 stinētia h̄ abi retrahitur depellit et in bo
 no eam roborat et confortat. **N**am substanti
 alis effectus et proprie proprii huius cibi ē
 restauratio deperdit in ipirituali vita. **D**e
 his duobus effectibus dicitur **E**cclēsiasticā
 xx. **E**st datum quod non est vtile et est datū
 cuius retributio duplex **D**atum em̄ huius
 mundi non est vtile. sed datum quod dedit
 nobis in dono corporis sui est vtile in dupli
 cem restorationē: q̄ p̄ficiat sp̄ualez restau

rationem. et hoc quantum ad animam. et in carnalium affectionum compressionem quantum ad corpus. hinc bern. Duo factum corporis domini operatur in nobis ut videlicet et sensum inuariat. hoc quantum ad corpus. et grauioribus peccatis tollat omnino tenentium. et hoc quantum ad animam. Et quia plura hic habent. de arca. ideo placuit hic aliqua inserere que habentur genesis. vi. ubi sic dicitur. Vident autem deus quod multa malicia hominum esset in terra. cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omnino. penituit eum quod homines fecisset in terra. Et precauens in futurum. et tactus dolore cordis in se. et delecto inquit homines que creauit a facie terre: ab hominibusque ad animantia: a reptilibusque ad volucres celi. Penitet enim me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiam coram domino. Corrupta est autem terra coram domino. et repleta est iniquitate. Cumque vidisset deus terram esse corruptam: omnis quippe ratio corruerat viam suam super terram dixit ad noe. Finis vniuersae carnis venit coram me. Repleta est terra iniquitate a facie eorum. et ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Mansiunculas in arca facies. et bituminis linies intrinsecus et extrinsecus. et sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arce. quinquaginta cubitorum latitudo. et triginta cubitorum altitudo illius. Fensura in arca facies. et in cubito consumabis similitudinem eius. Ostium autem arce ponas in latere dorsum. Cenacula et tristega facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluuii super terram ut interficiam eam carne in qua spiritus vite est subter celum. et vniuersa que in terra sunt peribunt. Nonne sedus meus tecum. et ingredieris arcam tuam et filii tui. vxores tuae et vxores filiorum tuorum tecum. et excuctis animantibus vniuersae carnis bina induces in arcam. ut viuat tecum masculini sexus et feminae. De volucibus iuxta genus suum. et de uimentis in genere suo. et ex omni reptibili terre secundum genus suum. bina de omnibus ingrediantur tecum ut possint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus eiis que mandata sunt. et compositabis apud te. et erunt tibi quasi illis in escam. Fecit igitur noe omnia que preceperat illi deus. et septimo ca. subiungitur. Dixit dominus ad eum. Ingredere tu et

omnis domus tua in arcam. Te enim vidi iustum coram me in generatione hac. Et omnibus animantibus mundis tolles septena masculi et feminam: de animantibus vero inmundis duo et duo masculum et feminam. sed et de volatilibus celi septena et septena. masculum et feminam. ut saluetur semen super faciem vniuersae terre. Adhuc enim et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus. et delebo omnem substantiam quam feci de superficie terre. Fecit ergo noe omnia que mandauerat ei dominus. Et ratos sexcentorum annorum: quoniam diluuii aquae inundauerunt super terram. Et ingressus est noe et filii eius. vxor eius et vxores filiorum eius cum eo in arcam: propter aquas diluuii. De animantibus quoque inmundis et inmundis et de volucibus et ex omni quod mouet super terram duo et duo ingressi sunt ad noe in arcam masculi et feminae: sicut preceperat dominus noe. Plura de arca habes ibidem. Sequitur tertium principale scilicet de lignis sethim in quibus vniuersae scilicet factoris et factae arce clementiam diximus designari. et quia sermonem in longum protraximus. ideo huius membri executionem dimittimus. eo quod sententiae eiusdem membri in alijs sermonibus habentur. LXXX.

De eodem sermo tertius.

Orietur stella ex iacob et consurgens virga ex israel et percurret duces moab. et erit ydumea possessio eius. Numeri. xxiij. Expositio sermonibus in quibus beata virgo duabus similitudinibus videlicet lucerne et arce est comparata. Nunc tertium sermonem in quo eam stelle comparabimus prosequimur. In verbis ergo propolis beata virgo a dignitate triplici commendat. Primo quantum ad ingressum eius gloriosum. secundo quantum ad progressum eius virtuosum. tertio quantum ad egressum eius gloriosum. primum ibi orietur stella ex iacob. secundum ibi et surgens virga israel. tertium ibi et erit ydumea possessio eius. Copiam ei stelle in ingressu propter originis claritatem. virge in progressu propter virtutis claritatem. possessioni ydumeae propter assumptionis sublimitatem. Ingressus ergo gratiosus respicit gratiam sancti